Fragmentarium

De s. barbara oro

Omnipotens sempiterne deus qui ad declaranda beate
barbare virginis ac martiris tue merita
precantibus ipsam invocantibus miracula promisisti: da
nobis eius intercessione commemorationi ut ab
hostium suorum incursione securi et eius pia interce-
ssione ad gaudia perveniamus eterna per d[ominum] alia

Deus qui beatam barbaram virginem et martirem tuam in
fidei constantia roborasti: tribue quesumus ut omnes qui
martirium eius merita venerantur officio intercessi-
one eius ab eternis iehenne incendiis liberentur per

Omnipotens sempiterne deus qui corpus alia
beate barbare virginis ac martiris tue per angelos
tuos in hora passionis ab illicito visu hominum
stola candida protexisti: concede quesumus ut nos eius
precibus et meritis oculi tue maiestatis contemplentur
ut omnium criminum nostrorum visibilium et invisi-
bilium asperitate cum gaudio superemus per

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3576, Cod3576_HDS – Musik-Fragment
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-5472/2723/31073)